565 cd

Krowiwnicki Dąbrowa Donatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Joannes olim Alberti Zarzecki sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Alberto olim Laurentii Krowiwnicki et suis posteris Bonorum suorum mobilium in haereditate Dąbrowa Zynila sittorum in Area Octo Sulcos incipien. à Grobla ad metam tenden. inter metas Spalenski et eiusdem Alberti iacen. cum pomario et Omnibus eiusdem Areae Utilibus fructibus proventibus attinen. et pertinen. Nil excepto dedit donavit inscripsit et in perpetuum resignavit. Cui iam ex nunc Intromissionem realem cum pacifica possessione per Nobilem et Nobiles dicti officii accipiendam dat et admittit Submittendo se de Omnibus bonis cum successoribus suis Memoratum Donatarium suum et eius posteros occasione Inscriptionum ab Omni impedimento iuridico quarumvis personarum propinquarum et remotarum per Omnes processus Juris toties quoties opus et Necesse fuerit tueri defendere evincere Solusque per se et per submissas personas non inviniare sub Damnis Omnibus simpliciter taxatis et dicendis. Et Coram officio praesenti peremptoria responso Omnibus in Universum iuris remediis et defensis se et suos Successores Ulti abrenunciando et abrenunciando.

Zając Quietatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Joannes olim Mathiae Grochowski Holonka licet visu oculorum destitutus mente tamen et corpore sanus existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobilem Andream olim Mathiae Zajączki de Zając Wagle haeredem de persolutione summae Duodecim Sexagen. et grossorum Quindecim debiti sibi per eum Coram Actis Omnibus Seraczen. inscriptae obsufficientem Satisfactionem quietat et inscriptionem cassat.

Borowski Quietatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Joannes olim Mathiae Holonka Grochowski licet visu oculorum destitutus mente tamen et corpore sanus existens palam publice ac libere recognovit. Quia sibi Nobilis Franciscus olim Felicis Borowski de Libory iuxta binas inscriptiones summae Sexaginta Quatuor florenorum Polon. debiti Coram Actis authenticis inscripti ex integro solvit eidem ipsum quietat et inscriptiones utrasque cassat cum [illegible] super nomine obtentis [illegible] retroactis temporibus Actae [illegible] ante.